

officij ecclesiastici refertur secundum sicardum
episcopum cremon. in merali. Nam ipsi officij
ecclesie consistit in psalmis. in cantu et lectioni-
bus. Primum musicorum genus est quod fit pul-
su digitorum. ut in psalterio et similibus. et ad id
pertinet psalmodia. Juxta illud. Laudate eum in
psalterio et cithara. Dicitur enim psalterium a psal-
lim grece quod est tangere latine. Secundum
est quod fit voce scilicet humana. et ad istud per-
tinet lectiones. Unde ps. Bene psallite ei in voi-
feratione. Et apostolus lectionem vocem voca-
uit dicēs. Ignorantes ite sum et vocem propheta-
tarum que per sabbatum leguntur. Tercium
est quod fit flatu. sicut in tuba. et ad istud per-
tinet cantus. Unde ps. Laudate eum in sono tu-
be. Sane rationalis diversorum sonorum con-
centus. et concordiam varietate compactam et
bene ordinatam civitatis unitatem significat.
Suavis vero cantus fit ex diversis. s. non ex ad-
versis vocibus. Rursus cantus in ecclesia letici-
am celi. significat. voces vero graves acute et
superacute. innumeris modis predicandum esse
tribus ecclesie ordinibus. propter tricesimum et sex-
agesimum et centesimum fructum. Vel iuxta tria
volumina salomonis significat ordinem incipi-
entium proficientium. et perfectorum. De choro di-
ctum est in prima pre sub ti. de ecclesia. Sane
statutum est in concilio tholetan. et gerunden-
si. ut tam missæ ordo. quam psallendi. quæ ministrandi
consuetudo servetur in omnibus ecclesiis. qui in
ecclesia metropolitana servatur. Abbatibus quoque
vel monachis curam animarum habentibus non
licet publica officia aliter celebrare. quam in eccle-
sia episcopali. Quamvis augusti. dicat. Quod neque
contra fidem neque contra bonos mores esse con-
vincitur indifferenter habendum esse. et in eccle-
siasticis sacramentis sit de iure consuetudo servanda.

De nocturnis. R.

Hæc ecclesiastica officia a vespere in-
cipiunt. Juxta illud. De vespere in ve-
spere celebrabitis sabbata vestra
quia tamen ordo conveniens est. ut
a tenebris prodeamus in lucem et non econver-
so. ideo a noctis officio incipimus. Tempus au-
tem nocturnum. significat vitam nostram in pec-
catis. Nocturnum officium nostri exilij servitium
Laus matutina penitentie suffragium. per qua
tendimus ad lucis gaudium et libertatis. Vel tem-
pus ante nocturnum. significat tempus ante legem
mortis in quo omnes silebant a laudibus dei. Tem-
pus nocturnum. significat tempus legis dante
moysi. Tempus laudis matutine. significat tem-
pus gratie a resurrectione usque ad finem mundi
in quo tempore deum laudare tenemur. De bonis
nature. que in illa hora nobis contulit creando.
De bonis gratie. que in illa nobis contulit res-
urgendo. Et de bonis glorie. que in ea nobis
dabitur resuscitando. Sane nocturnale officium
media nocte canitur propter quinque rationes. Pri-
mo. quia primogenita egypti de nocte infecta

147
funt et primogenita israelis salvata. Et igitur
dominus nobis servet primogenita nostra id est
hereditatem regni celestis quam nobis primo primo
genitus dei filius acquisivit. Ideo ei canimus
officium nocturnale ne simus sicut esau. qui pe-
bulio lenticule rufe prohibuit primogenita sua. Se-
cundo quia dei filius fuit media nocte natus. Juxta il-
lud. Sapientie. c. xix. Dum medium silentium te-
nerent omnia et nox tunc usque a regalibus sedibus
venit. Iesus filius tuus ut ergo ipse natus
tati grati sumus eum de nocte laudamus. et gratias
de ipsius natiuitate agimus. Tercio quia christus in
nocte hac hora captus et illud est a iudeis. ea etiam
hora spoliavit infernum. large noctem accipi-
endo scilicet ante lucem. Mane vero surrexit. Me-
dia etiam nocte ad iudicium venturus asseritur
Unde statutum fuit ut in die vigiliarum pasche
ante noctis medium dimittere non liceat po-
pulos expectantes christi adventum. ut dicitur
in sexta parte sub sabbato sancto. Ideo hac ho-
ra deum laudamus gratias agentes de ipsius cap-
tione. et patrum liberatione eius etiam ad veterum
solicite expectantes. Quarto ut noctes relicto-
rum nostrorum illuminarentur. Unde paulus. Et si
illas in vinculis existentes media nocte orantes
ymnum cunctis audientibus dixisse memorantur
ubi terremoto repente facto ianua sponte pate-
facta est. et eorum vincula illico sunt soluta. Quin-
to propter carnis illecebras psallendo et orando
et mandas. quia sic dicitur ecclesiastes xxij. Vi-
gilia honestatis domat carnes. Sciendum autem
est quod in primitiva ecclesia ministri ecclesie ter-
te nocte interpolatim surgebant ad divinum offi-
cium celebrandum etiam in hoc tempore designan-
tes. videlicet tempus ante legem. tempus sub
lege et tempus gratie. Surgebat enim primo cir-
ca primum somnum qui vulgus solet ire dormitum.
Secundo circa mediam noctem. Tercio paululum
ante diem. Sic ordinantes officium ut nocturne
finite et lectiones cum suis responsorijs per lecte
essent prius quam lucerent. apparere vero auroza
pulsatis campanis cantabant. Te deum laudamus
et matutinas laudes. Ad primam nocturnam po-
tiffex solum et ministri ecclesie surgebant que sine
inuitatorio cantabatur. pro eo quia nullus ab hac
inuitabatur. Et vocabatur vigilia. quia habuit
initium a pastoribus. vigilia noctes super gre-
ges suos servantibus. In precipuis tamen sole-
mitatibus populus tota nocte in dei laudibus psi-
llitebat. sed illud sublatum est et ieiunium loco illi-
us vigilia ordinatur prout dicitur in sexta parte
sub quarta feria. tercie ebdomade de adventu.
Ad secundam nocturnam surgebant ministri
simul et coniugati tam mulieres quam viri. que cum
inuitatorio dicebatur. ad significandum angelos
imitantes pastores ad videndum regem natum
Ad terciam surgebant omnes communiter. Sed
postea algescente caritate. cum omnes tam mi-
nistri ecclesie quam populus surgere ad nocturnum
officium pigritaret statutum est ut omnes media

Nocte surgeret Juxta illud p̄dixite. Media nocte surgebat et tota noctis officium continue ceteret. et plures adhuc illa hora surgunt. Quia vero quidam nocturnis delicijs plus quam dei seruicij vacantes institutione huiusmodi non seruabant consequenter statutum est ut saltem tempore vltime nocturne omnes surgant. Potest etiam dici quod quatuor sunt ecclesie hostes. superiores id est demones malignantes inferiores id est homines aduersares interiores id est concupiscentie carnales. et exteriores id est illecebre seculares. Deprimis inquit apostolus. Non est vobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem. sed aduersus spiritualia nequicie in celestibus. De secundis ps̄. Super domum meam fabricauerunt peccatores pl̄. in. si. De tertijs apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum. Spiritus autem aduersus carnem. De quartis ioh̄. Nolite diligere mundum neque ea que sunt in mundo. quia quecunq; est in mundo. aut est concupiscentia carnis aut oculorum aut superbia vite. Aduersus hos quatuor hostes rectores ecclesie. debent quatuor noctis vigilias sollicite custodire. Nam pastores custodiebant vigilias noctis supra grege suum videlicet cōtinuum gallicinium. in tempestum. et antelucinium. in quibus obesse ciuitatis custodes vigilant alternatim. Primam ergo vigiliam custodire debent contra fallacias primorum hostium. Secundam contra versuciam secundorum. Tertiam contra t̄rcias. Quartam contra quartas. et ite nocturnum officium in quatuor est partes distinctum. scilicet in tres nocturnos et matutinas laudes quod per quatuor noctis vigilias contra dictas quatuor hostium persecutiones antiquitus ecclesia decantabat. Porro in memoriam illius laudabilis consuetudinis et deuotionis antiquorum in tempore estiuale celebrat ecclesia nocturnum officium in tempore prime nocturne. licet quandoque tempestiuus. quod quidam vigilias sub antiquo nomine vocant et specialiter festiuitatibus beatorum iohannis baptiste. petri et pauli et assumptionis beate marie que sunt precipue illius temporis sollemnitates et hoc facere incipiunt in ipso vestro beati iohannis in crepusculo pro eo quod ipse fuit finis veteris testamenti. et incipit noui romani eccl̄a adhuc in omnibus precipuis festiuitatibus totius anni in sero dicunt tres psalmos et tres lectiones quos vigilias vocant et in nocturnis item repetunt et totum officium matutinum perficiunt. Rursus in memoriam dicte deuotionis antiquorum ter in nocte surgentium tres nocturnos dicimus qui et inter nomen et dignitatem habuerunt. Et nota quod nocturna neponitur pro hora. Sed nocturni non pro officio. vltima nocturna ne est collectio psalmorum qui dicuntur ante lectiones in dominica vel etiam in profestis diebus. Nocturne in plurali dicuntur tempora in quibus psalmi cantantur. Nocturni non dicuntur. sed psalmi et lectiones eum suis responsorijs in sollemnitatibus. Sane per noctur-

nas excubias dyaboli vitantis insidias. et ite nocte surgentes currimus campanis auditis ad ecclesiam veluti exercitus ad miliciam auditis clangore tubarum. Aulam igitur regiam id est ecclesiam ingrederes ad altare inclinamus quasi regem milites adoramus eterni enim regis milites sumus. Inclinantes autem erinam facimus orationem dicentes ter. Pater noster. sermionem ad patrem et filium et ad spiritum sanctum dirigentes. Cum ad patrem loquimur ad medium altaris intentione cordis et statu corporis nos preteramus propter patris potentiam et nostram perseuerantiam. Cum ad filium loquimur ad sinistram altaris preter nos conuertimus propter ipsius exinanitionem et nostri lapsus offensionem. Cum ad spiritum sanctum ad altaris dextrum transimus propter ipsius benignitatem. et nostram gratie consecutionem. Quidam tamen ad hoc habent speciales orationes tempe quidam psalmos graduales incipiunt de quibus dictum est in proximo huius partis. Sacerdos itaque nocturnum inchoans officium a domino qui est alpha et o id est principium et finis. et bonorum largitor omnium incipit. Et quoniam scriptum est. Ioh̄. xv. Sine me nihil potestis facere et os aperite ante omnia fiducialiter ab eo qui dicit. Apertum tuum et ego adimplebo illud. ut et os aperiat ad digne ipsum laudandum dicens. Domine labia mea aperies et os meum aperietur. quia non est speciosa laus dei in ore peccatoris nisi ipse in laudem dei sui ipsius os aperire digneur. Juxta prophetam quare tu enarras iusti. me. et affu. test. m. pro os tuum. Finis etiam hoc officium in ipso deo dum dicitur. Deo gratias. ut incipit et finis circulariter referantur ad eum qui est alpha et o. Et quod dicitur aperies. ponitur tempus pro tempore id est aperit. Rursus petit sua labia aperiri quoniam prius in completorio nos deo commendauimus et os et peti signo crucis munientes concludimus. quare merito nunc eum precatur ut labia clausa aperiat ad laudandum. Chorus vero ad notandum armoniam non mutata persona respondens dicit. Et os meum annuntia. lau. tu. Est enim vera armonia ut sit credencium cor vnum et anima vna. Act. c. iiii. Et in tali vnitatem deus laudatur. Quia vero dyabolus dei laudem abhorret propter quod deum laudare volentem satagit impedire. Nam contemptus pharaonis id est dyabolus surgit in scabala. Deo ecclesia ne succumbat statim impetrata loquendi licentia. orat dicens. alta voce. Deus in adiutorium meum intende. Chorus respondens dicit. Domine ad adiuuandum me festina. Sane premissis duobus habitis videlicet gratia per quam os aperitur. et dyabolo per auxillum dei repulso nihil aliud restat nisi laudare. Unde statim ecclesia laudans subiicit. Gloria patri et. De quo in proximo dictum est. Verum quia non sufficit deum laudare nisi etiam ad laudandum alios inuitemus ut cum subit dicat. veni. Apo. vltimo et contra coram

trahat exodi. xx. **I**teo sequitur inuitatorium et inuitatorius psalmus. **V**enite exultemus. **V**bi multiplex causa redditur. quare deo exultare et iubilare debemus dum ibi dicitur. **Q**uoniaz deus magnus etc. **E**t ultimo assignatur causa scilicet. **N**e ingrati simus sicut iudei. qui propter suam ingratitudinem et maliciam. terram promissionis non intrauerunt. **V**nde dicitur ibi. **S**i introibunt in requiem meam. quasi. di. no. **I**nuitatoriu autem altare dicitur quasi mater ecclesia per illud inuitet omnes ad conf. tendu domino. **J**uxta illud **V**enite filij audite me. quod notat secundus versus. **P**reocupemur etc. **H**inc est quod in quibusdam ecclesijs iacentes ad orationem. ante matutinum ante singula altaria statim cum audiunt cantari. **V**enite exultemus. choru intrant. **I**ncipiens enim inuitatorium est quasi prece. tanquam tuba exaltans vocem suam. **P**remittitur quoque inuitatorio vox humilis. **S**ed cum venit ad psalmu inuitatorium exaltatur quia ecclesia primo secreto quasi ostio clauso laudat deum propter se. **P**ostea manifeste propter alios ut arbor accendat proximos. **H**inc ergo est quod in precipuis festiuitatibus inuitatoriu quasi voce valde remissa inchoatur. **S**ed cum venit aduersu. **H**odie si vocem eius etc. exaltatur ne quis corde forte obduratus de voce non audita causetur. **V**nde psalmista. **Q**uasi tuba exalta voce tua. **R**ursus voce remissa inchoatur ad notandu quod in primitiua ecclesia populus clam ad fidem et ad christum colendum inuitabatur. **S**ed postea vox exaltatur ut ostendatur quod hodie liber inuitatur predicatur et adoratur. **I**tem inuitatorium ipsu ad aliquos versus illius psalmi **V**enite repetitur integre et ad alios imperfecte. quia licet omnes per ipsu inuitatorium ad laudes et gloriam dei inuitentur aliqui tamen perfecte. et alii imperfecte hanc inuitacionem recipiunt. **D**icitur autem sexies integre. quia illi integre inuitacionem recipiunt. qui perfecte laudes deo referunt. **P**erfecte autem laudes referunt qui nil quod non sit laudis interponunt. **Q**uia ergo senarius est primus numerus perfectus quod patet. quia constat ex suis partibus aliquoties scilicet vno duobus et tribus. **I**teo sexies in tegre repetitur. **T**er vero imperfecte repetitur propter illa tria hominum genera qui ad cenam inuitati inuitacionem non receperunt scilicet auari. superbi. et luxuriosi ut dicitur in sexta parte sub secunda dominica post pentecostem. **V**el propter nostras in tribus scilicet in corde. in ore. et in opere imperfectiorem. **C**eteru epiphantie officium inuitatorio caret prout ibi in sexta parte dicitur. **E**t etiam mortuorum officiu. nisi funere presente. quia in illo officio christi exequies imitatur. non enim in pasce dicitur. **A**dhuc quia non sufficit deum ore laudare. nisi et mente laudetur. **I**teo post inuitatoriu subicitur. **P**ymnus id est laus dei. **I**tem quia post inuitacionem consequenter multi deum cum leticia laudant iuxta illud. **A**udiuit et letata est syon **I**teo post

inuitatoriu cantatur communiter **P**ymnus. **T**ercio dicitur **P**ymnus in signum quia sicut in actibus apostolorum gentes gauise sunt quia ad fidem vocate sunt. **P**orro quia iterum non sufficit laus oris et cordis nisi et opus sequatur quia fides sine operibus non prodest ymo mortua est. **I**teo post **P**ymnum sequuntur psalmi qui bonam operationem designant. **D**icuntur etiam antiphone que significant caritatem sine qua deus non proficit. et versiculi de quibus in proximo dictum est. **P**ost versus ante lectiones per quas doctrinam habemus dicitur oratio dominica. **P**rimo ad notandum quod qui eget sapientia et intellectu doctrine. postulet illam a deo qui secundum beatum iacobum dat affluenter omnibus et non improperat. **S**ecundo ut ipsius orationis auxilio proficiat in nobis versus intentio. **T**ercio ut per illam dyaboli tentaciones pellantur. **I**lle enim sciens nos velle lectiones legere. in quibus sanctorum victorie contra ipsum habite leguntur satagit nos acrius impugnare. **V**nde nos illa oratione munimus. **D**icitur autem secrete per quod secretum regis concilium intelligitur ut proposita similitudinis prosequamur exemplum et ut diligentius capiatur. vel quia in ea loquimur deo. **V**ltima tamen pars patenter concluditur ut pateat ad quid oratio ipsa dicatur scilicet ne lector per fantasmam tentationum efferatur et auditor a lectionis intellectu et profectu fraude tur. **D**e hoc sub ti. de prima dicitur. **P**er preces vero que dominicarum orationum ante lectiones seculuntur imploratur sanctorum intercessio ad obtinendu quod in ipsa oratione postulatur. **G**ram enim dominum ut mittat operarios in messem suam. **E**t aperiat cor nostrum in lege sua. et in preceptis suis. ne semen verbi dei quod auditurum sumus. aut volucres comedant. aut spina suffocent. aut impera ubi non habet humorem areseat. **C**onsequenter lectiones que sunt doctrina subiiciuntur. et post lectiones responsoria. que bona opera significant. **D**e quibus in proximo dictum est. **I**llud autem considerandum est quod in diebus festiuis et dominicis tres dicimus nocturnas in perfectis vnam. **S**iquidem in trium nocturnarum officiis tria tempora representamus. scilicet tempus ante legem. tempus sub lege. et tempus gratie quorum quodlibet tribus distinctionibus variatur. **T**empus ante legem has distinctiones habuit. **P**rima fuit ab adam usque ad noe. **S**ecunda noe usque ad abraham. **T**ercia ab abraham usque ad moysen. **T**empus sub lege has distinctiones habuit. **P**rima a moysen usque ad dauid. **S**ecunda a dauid usque ad transmigrationem babilonis. **T**ercia a transmigratione babilonis usque ad christum. **T**empus vero gratie has distinctiones habuit. **P**rima distinctio fuit apostolice et euangelice predicacionis. **S**ecunda tempus in pugnationis per hereses emergentes. **T**ercia tempus pacis quoniam vicia hereses eliminati sunt. **R**ecte autem tres nocturni pres seu fideles vtriusque templi significentur. qui vigilantes per dei laudes ab eternam

peruenient laudē. Vñ aposto^l ad corinth^h. j.
 Omnes stabimus ante tribunal iudicis et nos q̄
 uiuimus et qui residui sumus nō p̄ueniem⁹ eos
 qui dormierūt. Quia ergo illi bonis insisten-
 tes opibus bene uigilauerūt merito et nos ut
 eorū meritis trinitati placere et. ix. ordinibus
 angelorū sociari possimus. In nocturnali officio
 sub antiphonarum. psalmoꝝ. uersuum. lectio-
 num. responsoriorum nouenario deo laudes ca-
 nimus. Antiphone ad dilectionē. psalmi ad a-
 ctionē. Versus ad exercitatōz. Lectiones ad dei
 cognitionem. Responsoria ad gaudium. et can-
 tum p̄tinent angelorū. Nouenarij uo antipho-
 narij. psalmoꝝ. lectionū et responsoriorū. p̄ eo-
 dem accipiunt quantū ad numeri significatōez
 De hoc etiam dicitur in sexta pte sub festo na-
 talis et sub feria quinta cene domini. et sub ti-
 de. vij. diebus post pascha. In quibusdam ta-
 men ecclesijs quando dicitur. Te deum lauda-
 mus nonum responsorium non dicit. Premissal-
 itaq; trium temporum nouem diuersitates seu
 distinctiones inuenimus in nocturnis solēntas-
 tum sanctorū et dominicarum. In solēntatib⁹
 em sanctorum tres nocturnas celebrates imita-
 mur excubias celestis iherusalem que edificat
 ut ciuitas et conseruat p̄ angelorū excubias. q̄
 tantum trinas distinguunt. id est dum ter tria
 trinitati concinunt. sic et nos qui in illam credi-
 mus tres nocturnas celebramus. Imitamur et
 in hoc primitiue ecclesie tres interpolatas ex-
 cubias que ter in nocte surgebant ad ositendū
 domino ut p̄missum est. Siquidem canimus. ix.
 lectiones. ix. ps. ix. anti. et. ix. respō. uidelicet i
 utroq; nocturno tres. siue tria. ad notandū om-
 nes electos qui fuerant ante legem. sub lege et
 sub gratia associatos esse in cognitione sancte
 trinitatis. ix. ordinibus angelorū. et in cel ipi
 trinitati ogaudere. et usq; in finē sociabūtur
 Sicut autem angeli p̄ores electis fuerunt. ita
 et psalmi lectiones p̄cedunt. In dominicis q̄
 diebus in quibus aliud festū non occurrit tres
 nocturnos celebramus. Et dicitur in primo no-
 cturno. xij. psalmi et tres antiphone. quarū q̄li-
 bet r̄ndet. iij. psalmis. et in plerisq; locis unū
 Gloria patri. iij. ps. respōbz. Sane dominicā
 diem dominus sua resurrectione glorificauit et
 in ea angelorum conserua p̄meruimus. Vnde
 dominica uox dominicam resurrectionē nobis
 ad memoriam reducet. et etiam resurrectionem
 omnium fidelium qui ab inicio mundi fuerūt et
 usq; ad finem seculi futuri sūt. quia in resurre-
 ctione domini omnium electorū resurrectio sig-
 nificata est. Primum nocturnum recolat tēpus
 añ legē tēpus scz legis naturalis. xij. ps. illi⁹ re-
 colit resurrectionē omnium sanctorū. illius tēpis
 p̄sertim. xij. patriarcharū qui tunc maxime ui-
 uerunt et uigilauerūt a quibus populus do-
 mini in. xij. tribubus fuit p̄pagatus. qui fuit do-
 mino populus peculiaris. sicut in tempe ḡtie
 xij. apli p̄ ceteris p̄fulserunt. Quaternarius

psalmoꝝ. numerus. quatuor p̄ncipales seu car-
 dinales et tutes p̄tendit. uidelicet prudentia
 iusticiam. fortitudinē et tempantiā. quas cre-
 dimus sanctos patriarchas suo tpe p̄ ceteris
 habuisse et a hīs exemplo monstrasse. Tres an-
 tiphone fidem sancte trinitatis. siue dilectōem
 in ea ostendunt. Quarum quelibet respondet
 quatuor psalmi. Nam quelibet tenēs fidem san-
 ctę trinitatis quatuor p̄missis uirtutibus est q̄
 dratus. Ciuitas em in quadro posita est. sicut
 habetur apoc. c. penul. Ideo aut quatuor ps.
 sub vno gloria dicunt nec sepantur. quia q̄tuor
 p̄missę uirtutes inseparabiles sūt. s; qui habz
 unam. habet omnes. sicut p̄bat Augustinus.
 Item in eo q̄ sub vna glorificatōne trinitatis
 quatuor psalmi copulant ostendit dictos pa-
 triarchas i vna fide trinitatis dictas q̄tuor u-
 tutes habuisse. et ceteris exemplo monstrasse.
 Verum quidem omnes psalmi prime nocturne
 sub vna antiphona cantant. ad notandū delecta-
 tionem quā habent in cognitione trinitatis.
 Quidam etiā ad quemlibz psalmū dicunt Glia.
 s; p̄ tres antiphonas eos distinguunt. quia q̄li-
 bet tenetur ex suo dono reddere laudes trinitati
 ex hac delectatione quam habet in cognitōe
 trinitatis. Et attende quia in prima distinctōe
 temporis ante legem. uigilauerūt **Abel Enos**
Enoch et Lamech. quod in p̄mis quatuor ps.
 innuitur. Beatus uir cantat **Abel.** qui tanquā
 lignum plantatum secus decursus a quarum de-
 dit in tempore suo fructum iusticie. dum pro iu-
 sticia consuanda succubuit. Quare fremuerūt
 cantat **Enos.** qui domino in timore uiuit. duz
 nomen domini uocauit. Domine quid multipli-
 cati sūt cantat **Enoch.** quem dominus suscepit
 dum eum in paradisu transtulit. Domine ne i fu-
 rore cantat **Lamech.** quem dominus exaudiuit
 dum ei talem filium dedit. qui genus humanū
 a furore dei in archa saluauit. quia igit q̄tuor
 duntaxat psalmi dicuntur. Ideo duo psalmi s̄
 maturinali officio subtrahuntur. uidelicet. Cū
 inuocarem. et Verba mea. Et ideo illi potius p̄
 alij. quia primus semper in completorio et secu-
 dus in secunda feria ad laudes dicitur. In secu-
 da uero distinctōne primi temporis uigilaues-
 runt. nec. Sem. heber. et phare. Domine deus
 meus cantat **noe.** quem dominus in illa genera-
 tione iustum inuenit. et ideo aquis p̄sequētibz
 saluum fecit. Domine dominus noster. cantat
Sem. quem dominus gloria et honore corona-
 uit. dum euz super fratres patris benedictōne
 sublimauit. Confitebor tibi cantat **Heber** q̄ mi-
 rabilia dei narrauit. cum ciuitatem gygantum
 dissipauit. In domino confido cantat **phare** q̄
 in urbe caldeoꝝ positus in domino confidit. cui
 ius pars calicis ignis sulphur extitit. In ter-
 cia distinctōne p̄mi tempis uigilauerūt **Abra-**
ham. Isaac. iacob. et **Joseph.** quod sequentes
 psalmi declarant. Saluum me fac cantat **Abra-**
ham. quem deus saluum fecit. in cuius tempe

sanctus defect. quia ydolatrie seruiunt. Vsqz
quo. cantat Ysaac. quem dominus in sacrificio
resperit. Dixit insipiens. cantat. iacob. qui spes
domini fuit. Vnde ibi dicit. Exultabit iacob et
letabitur israhel. Domine quis habitabit. can-
tat Ioseph. qui fuit sine macula. duz adulteriu
recusauit. Secundum vero nocturnum domi-
nicalem. siue tres psalmi qui tunc dicuntur euz
tribus antiphonis. et tribus glorificationibz
recolunt resurrectionem eorum. qui sub lege mo-
saica fuerunt. et licet tunc multi sancti fuerunt
tamen tres ordines fuerunt. scz legislator cum
suis imitatoribus et psalmista cu suis. et pphes-
te. fuerunt naqz aliqui doctrina legis orati. fu-
erunt etiam aliqui qui cum dauid vel ad modu
ipius dno psalmos decantauerunt. ante archa
eius. fuerunt et pphete quibus datum fuit cor-
rigere populu doctrina et sapientia sibi a deo
data et p dicit eis futura. ppter hos tres ordines
tres psalmos dicimus. et quia isti seruiuerunt
trinitati cum delectatione spiritali. Ideo ad
singulos dicimus Gloria patri cum antiphona
Qui autem omnes psalmos prime nocturne dicunt
sub vna antiphona. et omnes secunde nocturne
sub tribus attendunt. quia et si illis q fuerunt
tempore legis nature. reuelata fuerit aliquan-
tulum veritas. illis tamen qui fuerunt sub lege
moysi magis. et inde maior est eis exultaco. qd
notat antiphonaruz triplicaco. Preterea illis
qui fuerunt sub lege nature. pmissa fuit heres-
ditas. sed his qui fuerunt sub lege moysi collas-
ta. Et nota q in prima distinctione tempore
legis vigilauerunt sacerdotes vt aaron cu do-
cuit quos exprimit psalmista. Conserua me. quo-
rum dominus pars fuit hereditatis et calicis.
In secunda iudices vt gedeon duz iudicauit qs
exprimit psalmista. Exaudi domine iusticiam
meam. quorum iudicium prodijt de vultu omni-
potentis. In tertia reges. ut Salomon dum po-
pulum rexit. quos insinuat ps. Diligam te. qs
dominus constituit super gentes. In tercio
vero nocturno tres ps. dicimus recolentes resur-
rectione omnium illoz. qui tempore gratie siue i
nouo testamto in tribus mundi ptibus. scilicet
Asia Africa et Europa viguerunt et vigebut.
Et quia tempe gratie maxime facta est reuelaz-
tio et impletio veritatis. Ideo psalmi illi cantan-
tur sepius cum antiphonis habentibus alleluia
ad magis gaudium designandu. put pleni in
serta parte sub natali dicetur. Vnde etiam est q
in quibusdam ecclesijs semp in omni tercio noc-
turno siue dominicali. siue festuali. lectones ex
nouo testa. subiciunt sez expositones euange-
liorum. Et dicitur. Te deum laudam. Et at-
tende quomaz in prima distinctione tempis
tie vigilauerunt apostoli. qui exprimentur in
ps. Celi enarrant. quia in omnem terraz exiit
sonus eoz. In secundo martires quos declarat
ps. Exaudiat te. quia dominus pterit eos i die
tribulationis eoz. In tertia cofessores quos

inuit. psalmus. Domine in virtute. qui no fuit
fraudati voluntati labioz suoz. Illud ergo
interest inter. xij. ps. primi nocturni qui sine an-
tiphons dicuntur. quia non quilibet eoz ha-
bet antiphonaz. et tres psalmos alioz noctur-
norum qui cum antiphonis dicunt. quod nit er
est inter. xij. patriarchas qui peregrini erant
et spabant hereditate quam eoz posteru posse-
derunt. et eoz posteros qui terram patribus
eoz. pmissam hereditauerunt. Inter illos quoqz
tres ps. tercij nocturni qui dicunt euz antipho-
nis habentibus alleluia. et illos secundi nocturni q
dicuntur cum antiphonis sine alleluia illud in-
terest. quod interest inter illos qui habuerunt
testamentum imitandum. et eos qui habent no
imitandum. Maior namqz est gloriatio noui q
veteris testamenti. et de pceptis q de pmissis
Premissi igit tres nocturni sunt illi tres anni
ficulnee quam dominus inutilem inuenit di ces
de illa. Dimitte me vt succidam. et respou est
ei. adhuc dimitte eam hoc anno vt circufodiaz
eam et mittam stercoza. Cantamus em in pma
nocturna vt recolentes facta patrum qui sub le-
ge nature fuerunt non inutiles inueniamur. Can-
tamus etiam i secunda et tertia vt recolentes fas-
cta patrum qui sub lege mosaica. et q etiam ante
nos fuerunt sub lege gratie no inutiles inuenia-
mur et si inutiles simus. optet q pastor noster
fodiat circa nos dicens. reducendo nob ad mes-
moriam mortem illoz. quos vidimus paulo ante
florere. fili vide q fortis fuit ille. q nobilis. q
diues. q potens. et ecce ad momentum transi-
uit. oportet etiam vt stercoza ponat peccata vi-
delicet ante oculos nostros ponendo. et si hoc
no habz effectum. dicat. in primo est q dominus
ad radicem arboris securim ponet et si te inuti-
lem inueniet in ignem eternu vbi perpetuo co-
bureris. piciet. Dicto de nocturnis festiuita-
tum et dominicarum. nunc de nocturnis feriali-
bus siue no solenium dieru pauca dicam. Et q
dem in illis dicimus. xij. psalmos vt nos deo de-
bere suire in. xij. noctis horas ostendamus cui-
libet hore vnu psalmu attribuēt. cu no possi-
mus iugiter deo suire. prout in pbenio dictu
est. Olim quidem varie psalmi ca nebantur. Na
alij. i. alij plures. alij pauciores dicebant. Sed
angelo reuelante patres conuenerunt. vt. xij. di-
cerent q psalmi bini et bini dicunt. ad notandu
q sine caritate que ad minus inter duos consistit
laudes nostre vel opera nostra nichil profunt
In quibusdam tamen ecclesijs in diebz pfectis
inter duos ps. gloria patri interponit ad no-
tandum q xps est hominu et dei mediator. In
alijs vero ecclesijs duo psalmi sub vno gla pri-
terminant. ad notandum q laudes nostre tunc
deo accepte sunt. si in caritate maneamus. et sic
inter duos psalmos nichil interponit. qz inter
deum et primum in quorum dilectione caritas
proprie consistit mediu no habet. et secundu hoc
in. xij. ps. sexies tantu gloria patri dicit. sicut

sex sūt mundi etates. Preterea sicut hominuz a
natiuitate vsq; in finem vite sex etates natura
liter accidūt. ita in quotidiano nocturno series
dicitur gloria patri vt recolamus. quia vsq; in
finem in dilectione perseuerare debemus. ppter
eandem etiam causā tunc sex antiphone dicunt
que quid significant in problemio dictum est.
Vel ppter sex opera misericordie. que si obuia
uerimus de tenebris huius noctis vel mortis ad
veram lucem et vitā pueniemus eternā. Tres
quoq; lectiones que tunc dicunt. doctrinā ele
ctorum trium temporum significant a cum ipis
interpolate tria responsoria dicuntur. ad notā
dum q; quicquid electi in tribus temporibus
docuerūt et quicquid in tribus etatib; agim;
ad domini trinitatē referimus a trinitatē in fi
de. spe. et caritate glorificamus. Responsoria
em̄ a respondendo dicunt. Ad hoc tres lectio
nes dicunt. quia dominus tres posuit vigilias
dicens. Si in prima. si in secunda. si in tercia vi
gilia venerit. et ita inuenerit beati sūt serui illi
Due tres vigilie tres etates designant. scilicet
puericiam iuuentutem a senectutē. in quibus
bene vigilando deum laudare debemus. Et nō
q; psalmodia trium nocturnoz tam dominica/
lium q; ferialium dicta vocatur. Vnde expo. c. iij.
Viam trium dierum ibimus in solitudine. Sa
ne greg. vij. constituit vt in die resurrectionis
vsq; in sabbathū in albis. et i die penthecostes
vsq; in sabbathū eiusdē tres psalmi tantum ad
nocturnos. tres quoq; lectiones dicant. Omni
bus vero alijs diebus p totuz annū si festiuitas
est nouem lectiones legant. Alijs vero diebus
sej in ferijs. xij. ps. et tres lectiones. In domi
nicis vero dieb; exceptis dominicis pasche a pe
thecostes. xvij. psalmi et nouē lectiones dicant
tur. Illi autem qui singulis diebus pter ebdo
madas pasche a penthecostes tres tantū psal
mos et tres lectiones dicunt. non ex regula san
ctorū patrum. sed ex fastidio hoc facere compro
bantur. Nocturnis finitis campane pullant
et Te deum laudamus alta voce cantatur. ad
notandum q; manifeste et mirifice ecclesia tem
pore gratie laudat deum. et ad signandum q; si
bonis opibus doctrine sancte bene ruder. mis
ad celestem laudem cum angelis peruuenimus
Cantus quoq; tunc alta voce factus gaudium
mulieris de dragma perditā inuenta designat.
Quod vero finis eiusdē cantici ibi. Per singu
los dies etc. et alij versus sequentes altius canū
tur significat congratulationē vicinarum quam
mulieri ppter dragma repertam fecerunt. Cō
pullatio vero campanarum conuocationē vici
narum representat. In quibusdā etiam eccle
sijs lummaria accendunt. Nam et mulier ipa lu
cerna accensa totam domum euertit. Hoc etia;
significat q; ecclesia catholica per xp̄j extrahi
tur de inferno. Vel ip̄e p̄mus futurū gaudium
et leticiam representat. quam ecclesia requiescēs
a laboribus suis est in die iudicij consecutura Et

est sciendum q; cum beatus Ambrosius beatum
augustinum de manicheis conuersū baptisasset
dixit. Te deum laudamus. Augustinus vero re
spondit. Te dominum confitemur. et illo dicē
te. Te et etnum patres. ille respōdit. Tibi oēs
angeli etc. et sic totū illumymū alternatim cō
posuerunt. Post Te deū laudam. Vel q̄ndo
illud non dicit post omnes lectiones. et respon
soria dicitur verius a sacerdote. per quem exci
tat audientes vt in dei laude pmaneat. Et di
citur voce magis dimissa ad notandum q; nō p
dest clamor vocis nisi assit clamor cordis. Ve
rum beatus benedictus aliter officii noctis or
dinauit. non tamē dissenciens a p̄missa ecclesie
ordinatione. vel illi in aliquo contradicens sed
ordini suo quod clam peculiare constituens. ip̄e
nanq; instituit semel dici. Deus in adiutorium
meum intende. et ter Domine labia mea apies.
ppter reuerentiam vnitatis et trinitatis. Dein
de ps. Dñe quid multiplicati. eo q; a somno sur
gēs dicit in eo. Ego dormui et somnus cepi etc.
P̄inde in p̄mo nocturno sex ps. et quatuor le
ctiones cum totidē responsorijs carari instituit.
et totidem in secundo. per hoc vitam contempla
tiuam inueniens et actiuam. Senariū em̄ psalmo
rum numerus vitam designat actiuam. in qua
sex misericordie opera cōuenit exerceri. Si q̄s
ad contemplatiue vite p̄fectionē voluerit pue
nire. que per quatuor euangelia designatur.
et per quatuor lectiones similiter figuratur.
Quaternarius quide; numerus ap̄d monachos
quadrata stabilitate. et euangelicam in s̄ctis
exp̄mit. seu quadruplicem sensum scripturarū p
ter q̄drigas ammadab id est hystorizalem. alle
goricum. tropologicum. et anagogicū. In ter
cio vero nocturno tria cantica cantari instituit
in laudem trinitatis. a qua nobis vite p̄fectōz
dari cum caritate credimus et speramus. Cāta
tur autem illa cantica cū alla. quod est cāticū
celestis leticie vt per hoc totā trinitatē esse di
gnam celesti laude ostendat. Et ad quā plene
laudandam non sufficit laus humana. Quatuor
vero lectiones de euangelio que secunt signifi
cāt q; laudatores dei per quatuor euāgelistas
rum doctrinam. debent esse quatuor virtutib;
in signiti. per quatuor etia; responsoria laudā
tium alacritas designatur. Sed ne hoc bonum
agentes illud sibi ascribant. sed totū dei laudi
attribuant. et se illius seruos ostendāt. subiu
gitur Te deum laudamus. postea legit euāge
lium q̄s significat denariū id est vitam eternā
que digne deum laudantibus in fine reddetur.
ad quod sequitur amen id est fiat nobis. q̄s ex
euāgelio credimus et speramus. p̄mus vero q;
sequit. scj. Te decz laus etc. Gaudium quod s̄a
cti post labores habēt de remuneratōne dena
rij significat. Monachi autem nuq̄ nouem le
ctiones dicunt nisi in exequijs mortuoz. Vnde
et in triduo ante pascha nouē dicunt quasi ex
equias domini representantes. Ad laudes autē

instituit psalmū illum. Deum miseretur nostri
Primo absq; antiphona decātarī. Tum qz tes
 nebris facientibus diluculo matutie laudes cā
 tant. Ideo in eo dicit. Illuminet vultum suū sup
 nos. Tum quia hoc officium ad domini p̄tinēt
 resurrectionem. per quam accepimus misericor
 diam et benedictionem. Rursus monachi domi
 nicam orationem in voce dicunt p̄pter simpli
 ces qui eam non intelligunt. aut obliuiscunt et
 p̄pter versutos qui sp̄nam odij gerentes i cor
 de fratrem odiunt. nolētes dicerē. Dimitte. n.
 de. n. sicut et nos dimitti. debi. n. Hoc igit dice
 re spellunt in publico vt purgent ab illo vī
 cio tam in fine noctis id est matutinis laudib⁹
 qui in fine diei id est in vesp̄is vt nocte aut
 diem non pertranscāt sine reconciliatōe fratris
In alijs autem horis non dicūt i voce. quia se
 pe attingit fratri fratrem irasci. et quodā furō
 ris impetu cōmoueri qui licet statim animū nō
 cohibeat. expectandus tamen ē ad veniā. Suf
 ficit em̄ si sol non oriatur sup iracundiam eius
 Dicunt etiā quatuor solūmō ps. ad vesp̄as.
 put in. vi. pte sub ti. de tempore aduentus diz
 cetur. Non vacat etiā a misterio qz monachi
 se toto corpore ab oriente in occidentem girant
 significantes deum vbiq; adorandum fore. q̄si
 vbiq; p̄sentem. vel quia ratōnabili motu ab or
 tu nostre natiuitatis vsq; ad occasū mortis eius
 sequi tenemur. sicut et firmamentū naturaliter
 vertitur ab oriente in occidentē. Hoc etiam qz
 dam designant ecclesie in quibus dicētes. Glo
 ria patri se inclinant ad orientem et subdentes
 Sicut erat rē. se vertunt in occidentē. Deuo cō
 em̄ in diuinis officijs est seruanda. Quia nō mo
 nachoz officium ad nos non p̄tinēt ad p̄ns de
 illo sufficiat hoc dixisse. Vltimo nota qz mona
 chorum ordo figuram cherubim qui inter āge
 lozum ordines eximior p̄dicatur habere. p̄bat
 qz sicut cherubim ita et monachi sex alis velā
 tur dicente scriptura. Sex ale vni et sex ale al
 teri. Due quidem i capucio quo caput tegit de
 mōstrātur. Illud vero tunice quo brachijs ex
 tēditur siue dextera et leua. Alias duas dicim⁹
 esse alas. et ante. et retro alias duas. et sic illud
 quo corpus tegitur sex alarum numeruz implē
 asseritur. Habitus quoq; eoz habitum imitat
 sanctorum. De helya nāq; legitur. vir pilosus
 et zona pellicea accinctus remibus. et de ip̄o et
 de illis similibus dicit apostolus. Circuierūt
 in melotis et in pellibus capris. et s ioh̄e bap
 tista inquit euangelista. Zona pellicia ēca lū
 bos. Ad hoc cuculla monachorum sūpta est a
 collobijs apostolorū. que vt dalmatica forma
 bantur. et in eius forma crucis p̄ferēbat. quia
 illi se vicijs et concupiscentijs crucifigebāt ei⁹
 migredo est mundi contemptus. longitudo pse
 uerantia in bono.

Vnt nonnulli qui eoz ordinem sequen
 tes. de quo in principio hui⁹ partis di
 ctū est. matutinas laudes a nocturnis di

uidunt illas fore per se officium afferentes. et
 mane auroza rutilante illas dicentes. prout in
 ti. primo dictum est. Tali nāq; hora xp̄us vi
 ctor a mortuis resurrexit. Vnde Marcus. Sur
 gens ih̄esus mane p̄ma sabbathi. Vel saltē ei⁹
 resurrectio in matutino notificata est. Tali eccl
 am hora supra mare ambulauit. Merito ergo i
 hac hora laudandus est. vt ip̄e qui nos p̄ suam
 sanctam resurrectionem saluauit sup mare hui⁹
 seculi nos ire faciat sicco vestigio. sicut petruz
 Hac etiam hora mundum et angelos creauit. q̄
 statim post creationē suam cāntico laudes crea
 tori suo iubilauerunt. Laudes ergo matutinas
 rubescēte auroza dicunt. scilicet in quarta vī
 gilia quam lucifer totam illustrat. Qui et matu
 tinus dicitur. a mane quod est lumen. qz nobis
 lumen mane reducit ad coronam glorie obtinē
 dam. iuxta illud. Non sit vobis vanum mane sur
 gere ante lucem. quia p̄misit dominus coronā
 vigilantibus. Quid autē significet tempus ma
 tutine laudis. dictum est in principio p̄cedētis
 tractatus. Dicunt autem laudes. quia illis offi
 cium laudem p̄cipue sonat diuinam. quam ei fa
 cimus. p̄ eo qz a tenebris erroris nos ad lucez
 seu viam veritatis reduxit. et ad temptatōnes
 dyaboli sp̄pellēdas. vñ ysaie. xxvj. Exproscemi
 et laudate qui habitatis i puluere. quia vos lu
 cis est. De hoc matutinali officio dicit p̄pheta.
 Ad te de luce vigilo deus. Sane matutinū et
 vesp̄tinum officiu⁹. Deo canimus quasi domo
 iuge sacrificium offeramus. Offerebāt em̄ dñō
 in veteri testa. iuge sacrificium. id est mane et
 vesp̄e. Sed vesp̄tinum dignius erat matutino.
 quia pinguius vt iudei dicunt. put sub vesp̄is
 dicitur. Nos autem per matutinū officium intel
 ligimus legem. per vesp̄tinum saluatoris passi
 onē. qui in vesp̄era mundi. scz in sexta etate ob
 tulit se deo patri pro nobis. Vnde. Eleuacō ma
 nuum meatum sacrificium vesp̄tinum. Respon
 det autem hoc sacrificium illi. quia ibi ps. po
 nūtur sub quinq; distinctiōib⁹ per gloria pa
 tri. sicut et hic. Item ibi et hic p̄mus cum lectō
 ne et versiculo. ibi etiam canticū marie et h̄ cā
 ticum zacharie. Quia vero officium vesp̄tinum
 dignius est p̄pter rem digniorem quam signi
 ficat. omnia in maioribus solemnitatib⁹. et i ve
 sp̄tino solemnius cantamus q̄ in matutino. t̄sp̄o
 forium interponētes. Psidorus dicit in li. et h̄
 mo. qz officium matutinū est i lucis incio sic ap
 pellatum ab lucifero. que oritur mane inchoā
 te vt dictū est. Hoc officium laudum plenū ē
 laudibus. put dictum est in principio p̄cedētis
 tractatus. ad quas sacerdos per versum quē p̄
 mittit excitat auditores. qui est quādoq; i ma
 tutinis Meditabor in te. quandoq; Excelsus su
 per omnes gentes dominus. Vel alius. et dein
 de diuinum implorat auxiliū. dicens. P̄e in
 adiutoriū meū intende. Postmodum chor⁹
 ad idem festinans auxiliū i sūma trinitate glo
 rificat deum dicens. Domine ad adiuuandū me